



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod non est consensus legitimus vbi est coactio. A. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

COACTIO EXCLVDIT CONSENSVM  
coniugalem.

DISTINCT. XXIX.

*Gratia tri-  
huit Hor-  
mis dæ, 31. q.  
d.c. de neptis.*

*31. q. 2. cap.  
Si uerum.*

Portet autem cōsensum coniugalem liberum esse à coactione. Coactus n. consensus, qui nō  
consensus appellari debet, cōiugium non facere sicut testatur Urban. Pap. scribens Sanctio regi Aragonum in hæc verba. De neptis tuæ coniugio quam te euidam militi daturum necessitatissimante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc &quitate dictante decreuimus: vt si illa virum illum omnino (vt dicitur) renuit, & in eadem voluntate persistit, vt viro illi se prorsus denegetur eiusdem viri cogas coniugio copulari. Idem, si verū esse constiterit, q[uod] nobis legati Iordanis principis retulerunt, sc. quod ipse coactus & dolens suam suam flentē & pro virib. renitentem, Raynaldo despousauerit: quoniam legum, & canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges & canones nimis durum videatur, ita sentētiā temperamus, vt si princeps cum assensu filiæ, id q[uod]ceptum est perficere voluerit, concedamus. Si a legatus noster vtraspq; partes audiat: si nihil fuerit ex parte Raynaldi, quod amplius impedit, ab ipso Iordane sacramentum, quo constent hæc, que dicta sunt accipiat. Et nos canonum & legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus, quin alij viro si voluerit, prædicta eius filia tantum in Domino nubat. Ex his apparet, coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter renitentes & inuitos. Veruntamen qui inuiti & coactè coniuncti sunt, si postea ab aliquo tempore sine contradictione & querimonia cohabauerint facultate discedendi vel reclamandi habitu, consentire videntur, & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.

In

In libro Pandectarum.

B

Consentire autem probatur, qui euidenter non Lib. 23. dicitur  
 contradicit: secundum illud. In sponsalib. eorum gestorum,  
 consensus exigendus est, quorum in nuptiis desi- tit. pri. de  
 deratur. Intelligitur tamen patri filia consentire. sponsalibus  
 nisi euidenter dissentiat. Item, Sponsalia, sicut nuptiae, lege 7.  
 consensu sunt contrahentium. Et ideo sicut Eodem tit.  
 in nuptiis, ita & in sponsalibus patris familias leg. 11.  
 liam consentire oportet: quæ si patris voluntati  
 non repugnat, consentire intelligitur.

DE ERRORE QVI EVACVAT CONSENSVM.

DISTINCT. XXX. A

**N**Ee solum coactio impedit vel excludit con-  
 sensum, sed etiam error. Non autem omnis  
 error consensum impedit. Est enim error alius  
 personæ, aliis fortunæ, aliis conditionis, aliis  
 qualitatis. Error personæ, quando hic putatur  
 esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando  
 putatur esse diues, qui pauper est, vel è conuerso.  
 Error conditionis, quando putatur esse liber, qui  
 seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse Grat. hæc  
 bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualita- minia habet  
 tis, coniugii consensum non excludit: Error ve- 29. 21.  
 ro conditionis coniugalem consensum evacuat,  
 de qua conditione postmodum tractabimus. Er-  
 ror quoque personæ consensum coniugalem non  
 admittit: ut si quis fœminam nobilem in coniu-  
 gium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei,  
 non est inter eos coniugium, quia non consensit  
 vir in istam, sed in aliam. Ut si quis promitteret  
 mihi se venditum aurum, & pro auro offer-  
 ret mulū aurichalcum, & ita me deciperet, nun-  
 quid dicerer consensisse in aurichalcum? nun-  
 quam volui emere aurichalcum: nec ergo in il-  
 lud consensi: quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit consen-  
 sum, ita & in coniugio error personæ. Sed obiici- Gen 29. d.

Hhh 4 tur